


Duplicato.

APOLLONII RHODII ARGONAUTICON
LIBER SECUNDUS
LATINO CARMINE REDDITUS.

DISSERTATIO ACADEMICA,

Quam,

Venia Ampliss. Ord. Philos. Lundens.

Publicæ Censuræ subjiciunt

PRÆSES

CAROLUS GEORG. BRUNIUS,

Philosophiæ Magister,

et

RESPONDENS

JOHANNES FEHRLUND,

Gothoburgenses,

Die XIV Decembr. A. MDCCCXIV.

Londini Gothorum, MDCCCXIV.

Ex Officina BERLINGIANA.

Apollonius Sellei filius, Alexandrinus a). Cum adhuc juvenis sua Argonautica publice recitasset pro laude vituperium tulit. Indignatione rei commotus Rhodum trajecit b), ubi civitate Romana donatus præcepta Rhetorices per aliquod tempus tradidit, unde cognomine Rhodii inclaruit c). Dum inter Rhodios commoratus est tantam diligentiam in suum Epos impendit, ut postea, quod mireris, non sine vituperio tantum, sed etiam cum laude vulgaverit d). Reversus Alexandriam sub Ptolemæo Evergeta Bibliothecæ præfectus fuit, cui antea præfuerat Eratosthenes e). Inter illa, quæ de Apollonii vita constant, graves cum Callimacho, cujus discipulus fuerat, simultates exercuisse & post martem eodem tumulo illatum ferunt f). Varia ab eo scripta vulgata: Αργοναυτικων βιβλια δ., περι Αρχιλοχȣ, Επιγραμματα, Κανωπος πρωτος και δευτερος, Κτισεις, quorum omnium tantum Argonautica supersunt. Marianus, imperitante Anastasio, metaphrasin Græcam IV. L. Argon. 5608 jambis scripsisse fertur g); eodem librorum numero servato P. T. Varro Atacinus, cujus P. Ovid. Naso h) & S. A. Propertius i) meminerunt, Latino carmine reddidit. Transtulit quoque car-

a) Suidas p. 376.
b) Fabricii Bibliotheca Græca, Lib. III. p. 522.
c) Græcus auctor in vita Apoll.
d) Fabric. p. 522.
e) Suidas p. 376.
f) Fabric. p. 524.
g) Fabric. p. 525.
h) L. IV. ex Ponto E. XVI. v. 21.
i) L. II. E. XXV. v. 85.

mine Heroico non infelici, ut ait Fabricius. licet quandoque a sententia Apoll. aberrante Valentinus Rotmarus Salisburgensis k). Præterea hæc Argenautica Latine, Italice, Anglice, Germanice edita l). Singulas editiones enumerare nostri propositi non est, cum non nisi H. Stephani Genevæ 1514. 4. vulgatam vidimus. Non Apoll. tantum expeditionem Jasonis decantavit; nullas res gestas apud veteres celebriores invenias. Cleon Curiensis, Dionysius Milesius, Epimenides, Herodorus, Orpheus, Pisander Argonautica scripserunt. His adnumeres a M. Nicandro edita Lip 1588, quæ antiquitus scripta a quibusdam putantur m). Alii quoque vates non parum gesta Argonautarum tetigerunt. Inter Latinos, ut nihil dicam de Ovid (Metamorph. L. VII), Val. Flaccus tam diligenter nostrum secutus est, ut sedulum imitatorem merito dicas; Græcum ab eo superatum sunt qui contendant. Comparationem inter Apoll. & V. Flaccum apud J. C. Scaligerum n) invenias, quæ manca & iniqua mihi videtur, dum admodum Latinis præter Horatium Flacc. favens, Græcos injuria afficit. Quos diversos, quos communes locos hi Epici habeant, nobis, si non tantum brevitati studeremus, pro viribus exponere jucundum foret; hæc autem aut nobismet ipsis, aut cuidam hac materia digniori reservabimus, dum ad ea, quæ magis ad propositum faciant, properamus. De Argonauticis Apoll. diversa plane judicia. Longimus o) Apollonium poetam απτωτον appellat; Quintilianus autem non contemnendum edidisse opus æquali

---

k) Fabr. p. 526.
l) Diss. de Apoll. Rod. Epico Præs. Kjerseen, Ups. 1801.
m) Fabric. p. 523.
n) Poetices L. V. Critico.
o) περι ὑψους, XXXIII, 6.

li quadam mediocritate p). Sunt etiam, qui magis studii & curæ quam ingenii habuisse, contendant q). Utcumque est. non omnia, quæ carminis Epici sunt, præstavit Apoll. r). Non illa rerum gestarum magnificentia, quam γμιθεων ανδ ων μενος s) edere debuisset. Quisque catalogum Heroum inspiciens orbem terrarum potius factis fortiter gestis impleturos, quam eis mulierculæ incantationibus ad vellus aureum recuperandum opus fore existimet. Ipse Hercules amore rapti Hylæ quasi mente demet. Ipse Hercules amore rapti Hylæ quasi mente derelictus socios deserit t). Dux Jason non Heroëm, sed inferme imbellem juvenem prodit, quem sic Hercules increpat L. I. v. 872.

— — — — τον δ'ενι λεκτροις
Ὑψιπυλης ειατε πανημεριν, ειτοκε Λημνον
παισιν εσανδρωσῃ, μεγαλ ητε ε βαξις ικ·ται.

Minitantem Amycum cum spectat, Herculem relictum dolens pugnam & victoriam Polluci cedit, & in Colchos delatus omnia magis dolo quam virtute patrat. Sed hæc vati forsan remittenda. Jam singula Argonautarum facinora, ut supra diximus, a poetis decantata erant. a quibus longius recedere invisum fere putabat. Apollonii vero laus, de qua ei non facile detrahas, in gravi dictione, in carminibus venustate vix Homericis secundis, in grata similitudinum copia nitidisque imaginibus maxime versatur u), in quibus ingenium non semel elucet.

p) Quint. L. X. C. I.
q) Morhofii Polyhistoris L. IV. p. 362.
r) Indolem Epoes quidam veterum ignorasse videntur, quos inter Lucanus, P. Statius, Silius Italicus.
s) Apoll. Argon. L. I. v. 548.
t) Apoll. Argon. L. I. v. 1261.
u) Vide Diss. de Apoll. Rhod. Ep. p. 23. Præs. Kjerseen.

Απολλωνιου του Ῥοδιου Αργοναυτικων δευτερον.

Ἐνθαδ' εσαν σταθμοι τε βοων, αυλις τ' Αμυκοιο
Βεβρυκων βασιληος αγηνορος· ὁν ποτε νυμφη
τικτε Ποσειδαωνι γενεθλιῳ ευνηθεισα
Βιθυνις Μελιη, ὑπεροπληεστατον ανδρων.
Ὁστ' ἐπι και ξεινοισιν αεικεα θεσμον εθηκε,
μη τιν αποστειχειν πριν πειρησασθαι ἑοιο
πυγμαχιης· πολεας δε περικτιονων εδαϊξε.
και δε τοτε προτι νηα κιων χρειω μιν ερεσθαι
ναυτιλιης, ὁι τ' ειεν, ὑπερβασιησιν ατισσε·
τοιον δ' εν παντεσσι παρασχεδον εκφατο μυθον,
κεκλυτ' αλιπλαγκτοι τα περ ιδμεναι ὑμμιν ἑοικεν.
Ουτινα θεσμιον εστιν αφορμηθεντα νεεσθαι
ανδρων οθνειων, ὁς κε Βεβρυξι πελασση,
πριν χειρεσσιν εμησιν, ἑας αια χειρας αειραι.
Τῳ και μοι τον αριστον αποκριδον οιον ὁμιλου
πυγμαχιῃ στησασθε, κατ' αυτοθι δηρινθηναι.
ει δ' αν απηλεγεοντες εμους πατεοιτε θεμιστας,
η κεν τις στυγερως κρατερη επιψετ' αναγκη.
Ἠ ῥα μεγα φρονεων. τους δ' αγριος εισαϊοντας

Apollonii Rhodii Argonauticon
Liber Secundus.

Hic stabant Amyci stabula & tentoria sævi
Regis Bebrycii; quem quendam nympha parenti
Neptuno genuit matris perpessa labores
Bithynis Milie, vultuque animoque superbum.
Hospitibus fuit ille ferox, legemque nefandam
Imposuit, quisquam ne littore solveret alnum
Ante ineat pugnas, queis plures stravit in agris
Vicinos. Nunc littus adit rogitatque carinæ
Quo sit opus, genus unde, addens convicia dictis;
Talia & in cunctis minitantia verba profatur:
Vos audite viri super æquora salsa vagantes!
Linquere non fas est ullis mortalibus oras
Hospitibus, quicunque adeant hæc arva meorum,
Ante meis proprias palmis injungere palmas.
Adsis e turba fortissimus ecquis arena
Hac propere, ut pugnis ineas certamina nostris.
Si justo quisquam contendere Marte recuset,
Invitum valida contundam pectora dextra.
Dixerat infrendens. Ira exagitante caterva

Ἑιλε χ·λος· περι δ'αυ Πολυδευκεα τυψεν ὁμοκλη·
Αιψα δ' ἑων ἑταρων προμος ἱϛατο, Φωνησεν τε,
ιϛχεο νυν, μηδ' αμμι κακην, ὁτις ευχεαι ειναι,
Φαινε βιην. Θεσμοις γαρ ὑπειξομεν, ὡς αγορευεις.
Αυτος ἑκων ηδη τοι ὑποσχομαι αντιαασθαι.
Ὡς Φατ' απηλεγεως. Ὁ δ'ετεδρακεν, ομμαθ' ἑλιξας,
ὡστε λεων ὑπ' ακοντι τετυμμενος, ὁν τ' εν ορεσσι
ανερες αμΦιπενονται· ὁ δ' ιλλομενος περ ὁμιλῳ
των μεν ετ' ὀκ αλεγει, επι δ'οσσεται οιοθεν οιος
ανδρα τον ὁς μιν ετυψε παροιτατος, ὀδ' εδαμασσε.
Ειθ' αυ Τυνδαριδης μεν εὐϛεπτον θετο Φαρος
λεπταλεον, το ῥα οἱ τις ἑον ξεινηϊον ειναι
ωπασε Λημνιαδων· ὁ δ' ερεμνην διπτυχα λωπην
αυτησιν περονησι, καλαυροπα τε τρηχειαν
καββαλε, την Φορεεσκεν, ορειτρεΦεος κοτινοιο.
Αυτικα δ' εγγυθι χωρον ἑαδοτα τεκτηναντες,
ἱζον ἑὀς διχα παντας ενι ψαμαθοισιν ἑταιρὀς,
ὀ δεμας ὀδε Φυην εναλιγκιοι ειςοραασθαι.
Αλλ' ὁ μεν, η ολοοιο ΤυΦωεοσ, ηε και αυτης
Γαιης ειναι ἐϊκτο πελωρ τεκος, ὁια παροιθεν
χωομενη Διι τικτεν. ὁ δ' ὀρανιῳ αταλαντος
αϛερι Τυνδαριδης, ὀ περ καλλιϛαι εασσιν
ἑσπεριην δια νυκτα Φαεινομενὀ αμαρυγαι.
Τοιος εην Διος ὑος, ετι χνοαοντας ιὀλὀς
αντελλων, ετι Φαιδρος εν ομμασιν. Αλλα οἱ αλκη

Tota fremit; tolerans ægre hæc convicia Pollux
E sociis primus surgit, redditque: superbas
Siste minas, jussis cedam, at mala jurgia mitte.
Non opus est; æquo præstat contendere Marte.
Ipse volo tecum palmis injungere palmas.
Dixerat intrepidus. Volvit rex lumina circum:
Ceu leo quum jaculo perfossus montibus errat
Hac illac clausus, circum obsistente caterva,
Quam sinit intactam, solumque requirit acerbi
Vulneris auctorem, dum vires vita ministrat.
Tyndarides bene contextum dejecit amictum,
Pignore amicitiæ hoc mulier donarat euntem
Quædam Lemniadum. Bebryx dejecit & ipse
Pellem consutam, baculumque reliquit oliva
Mentana avulsum, quod forte gerebat. Arenam
Continuo optatam designant limite certo,
Disponuntque suos procul ordine uterque sodales,
Neve pares humeros visu validosve lacertos.
Hic fuit excelsus, velutique Typhoëa proles,
Aut cretum Tellure putes, cum monstra Tononti
Irascens genuit, fuit ille simillimus astro
Pollux æthereo, cujus super æquora noctis
Primis sub tenebris pulcherrima lumina splendent.
En talis Jove natus erat, lanugine prima
Incinctus malas, alacri mitissimus ore;

Και μενος ηϋτε θηρος αεξετο. Πηλε δε χειρας,
πειραζων ειθ' ὡς πριν εὔτροχαλοι φορεονται,
μηδ' αμυδις καματῳ τε και ειρεσιῃ βαρυθοιεν.
Ου μαν αυτ' Αμυκος πειρησατο· σιγα δ' αποθεν
ἑστηως εις αυτον εχ' ομματα, και ὁι ορεχθει
θυμος εελδομενῳ στηθεων εξ ἁιμα κεδασσαι.
τοισι δε μεσσηγυς θεραπων Αμυκοιο Λυκωρευς
θηκε παροιθε ποδων δοιȣς ἑκατερθεν ἱμαντας
ωμȣς, αζαλεȣς. Περι δ' οιγ' εσαν εσκληωτες.
Αυταρ ὁ τονγ' επεεσσιν ὑπερφιαλοισι μετηυδα,
Των δ' ετι ὁν εθελησθα πωλȣ ατερ εγγυαλιξω
Αυτος ἑκων, ἱνα μη μοι ατεμβηαι μετοπισθεν.
Αλλα βαλευ περι χειρι' δαεις δε κεν αλλῳ ενισποις
ὁσσον εγω ῥινȣς τε βοων περι τ' ειμι ταμεσθαι
αζαλεȣς, ανδρων τε παρηΐδας ἁιματι φυρσαι.
Ὡς εφατ'. Αυταρ ὁγ' ȣ τι παραβληδην ερισηνεν.
ηκα δε μειδησας, ὁι ὁι παρα ποσσιν εκειντο,
τȣς ἑλεν απροφατως. Τȣ δ' αντιος ηλυθε Καστωρ
ηδε Βιαντιαδης Ταλαος μεγας. Ωκα δ' ἱμαντας
αμφιδεον, μαλα πολλα παρηγορεοντες ες αλκην.
Τῷ δ' αυ Αρητος τε και Ορνυτος' ȣδε τι ηδειν.
νηπιοι ὑστατα κεινα κακῃ δησαντες εν αιτῃ.
Ὁι δ' επει ȣν εν ἱμασι διασταδον ηρτυναντο,
αυτικ' ανασχομενοι ρεθεων προπαροιθε βαρειας
χειρας, επ' αλληλοισι μενος φερον αντιοωντες.

Ast inerant juveni vires animusque leonis.
Huc illuc jactat velocia brachia tentans
Numne satis vigeant, aut lassa per æquora remis.
Despicit hæc Amycus, tacite & sua lumina flectens
In juvenem, procul inde manet, stimulatque cupido
Pectora spectantem perfundere rupta cruore.
Hos inter medios properat ponitque Lycoreus,
Rege jubente suo, cæstus ex more rigentes,
Tergore contortos crudo, sparsosque cruore.
Adfatur juvenem verbisque lacessit acerbis:
Elige quos cupias cæstus sine sorte, nec inde
Objectas meliore meo te tergore victum.
Innecte en manibus, doctusque labore memento,
Quantum ego præstiterim cæstus fabricare rigentes,
Atque virum malas multo fœdare cruore.
Fatur At ille silet nec probris probra repensat;
Tyndarides cæstus subridens tollit arena
Ante pedes positos. Talaus cum Castore magnus
Adventant, atque accelerant inducere terga
Cruda boum palmis, adduntque hortamina verbis.
Ornytus Aretusque Amyco. Non fata suprema
Ignari hæc credunt, domino pereunte, ministris.
Ast ubi utrinque suas evincti tergore palmas,
Extollunt validos inimici ante ora lacertos,
Verbere tentantes aspergere sanguine membra.

Ενθα δε Βεβρυκων μεν αναξ, 'ατε κυμα θαλασσης
τρηχυ θοην επι νηα κορυσσεται, 'ηδ' ὑπο τυτθον
ιδρειη πυκιν ιο κυβερνητηρος αλυσκει
ιεμενε φορεεσθαι εσω τοιχοιο κλυδωνος·
'ως 'ογε Τυνδαριδην φοβεων επετ', ουδε μιν εια
δηθυνειν. 'Ο δ' αρ αιεν ανουτατος ἠν δια μητιν
αΐσσων αλεεινεν. Απηνεα δ' αιψα νοησας
πυγμαχιην, ἡ κρατος αατον, ἡτε χερειων,
τη ρ' αυατον και χερσιν εναντια χειρας εμιξεν.
'Ως δ' ὁτε νηΐα δουρα θοοις αντιξοα γομφοις
ανερες ὑλουργοι επιβληδην ελαοντες,
θεινωσιν σφυρησιν, επ' αλλω δ' αλλος αηται
δουπος αδην· ὡς τοισι παρηΐα τ' αμφοτεραθεν
και γενυες κτυπεον· βρυχη δ' ὑπετελλετ' οδοντων
ασπετος. Ουδ' εληξαν επισταδον ουταζοντες,
εστε περ ουλοον ασθμα και αμφοτερους εδαμασσει.
Σταντε δε βαιον απαθεν απαμορξαντο μετωπω
ἱδρω, αλις καματηρον αϋτμενα φυσιοωντε.
Αψ δ' αυτις συνορουσαν εναντιοι, ἠυτε ταυρω
φορβαδος αμφι βοος κεκοτηοτε δηριαασθον.
Ενθα δ' επειτ' Αμυκος μεν επ' ακροτατοισιν αερθεις,
βουτυπος ὁια, ποδεσσι τανυσσατο, καδ δε βαρειαν
χειρ' επι ὁι πελεμιξεν. 'Ο δ' αΐξαντος ὑπεστη
κρατα παρακλινας, ωμω δ' ανεδεξατο πηχυν
τυτθον. 'Ο δ' αγχ' αυτοιο παρεκ γονυ γουνος αμειβων

Et velut exsurgit spumanti mole profundum
Inque ratem fertur, studio fugit illa magistri
Prævalidam pestem minitantem immergere totam
Fluctibus eversam; secus haud furit æquore toto
Rex Amycus, pellitque satum Jove, neve quietem
Jam sinit esse ullam. Deludit at ille sequentem
Arte sua. Spectans rerum discrimine nullo
Stare parem pugnam, fessum revolabat in hostem,
Quaque patet plagis infestat cæstibus artus.
Ceu cuneis cernas navalia findere silvis
Tigna viros, claræ repititis ictibus acres,
Vallibus ex imis geminatus in æthera semper
Turbidus it sonitus; secus haud crepuere virorum
Ictibus ora; simul dentum gravis ortus utrinque
Stridor; at haud cessere loco pugnave calente,
Tes[illegible]usque æger lassavit anhelitus ambos.
Subsistunt paulo, sudantia & ora genasque
Abstergunt, patulisque vomunt de naribus æstus.
Nunc iterum insurgunt; veluti cum forte juvenci
De vacca ingeminant crepitantia cornua campis.
In digitos Amycus surgens, ceu mole sacerdos
Cervices feriens, attollitur atque reductam
Impellit dextram. Declinat corpore Pollux
Vulnera subsistens, humerisque impellit anhelum,
Atque genu genua ille plicans sua vulnera tentat.

Aure super valide tundens late ossa refringit.
Poplite subsedit. Minyæ clamore salutant
Victorem; ast anima alterius properabat in Orcum.
Bebrycii regem non deseruere cadentem;
Ingentes clavas & duro hastilia ferro
Attollunt rectaque ruunt Pollucis in ora.
Se circum focii agglomerant ensesque repostos
Vagina eripiunt. Castor ferit ense minantis
Insurgens hostis medium caput; ossa refracta
Utrisque effundunt humeris hinc inde cerebrum.
Frater at Itymenea gravem sociumque Mimanta
Dejicit, huic celeri contudit pectora calce
Pulvere devolvens; at dextro comminus illum
Ora sinistrorsum super abdita lumina pugno.
Palpebra avulsa est oculusque retectus in orbe.
Orides Amyci immanis ruit æquore servus,
Atque Biantiadis Talai latus haurit apertum,
Vulnus non lethale fuit, sedet irrita cuspis
In cute summa viri, neve ilia perforat ensis.
Magnanimum Aretus clava contundit adacta
Iphiton Euristiden, fato damnatus at ille
Non fuit; ast subito Clytii sub cuspide victum
Fata manent Aretum & Ditis regna superbi.
Ancæus Lycoorgiades fidentior agris
Nigram circumfert immensa mole bipennim

